




EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

T.

Na. 38.








EPICEDIA,  
In obitum clarissimi consultif-  
simiq; viri, DOMINI

DANIELIS  
MOLLERI,

V. I. Doctoris, Scabini olim Lipsen-  
sis, & Consiliarij serenissimi Saxoniae  
Electoris, CHRISTIANI, in aula  
Dresdensi, &c.

*ANNO M. DC. 14. Martij pie  
in Domino defuncti,*

Scripta ab Amicis & Cognatis.



LIPSIÆ,  
*Michaël Lantzenberger excudebat.*





FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA

FRIDIA





EPITAPHIUM

Clarissimi ac celeberrimi Saxoniae  
Iureconsulti

D. DANIELIS MOLLERI

V. I. D. amici mei desideratissimi.

**E**orsitan inquires spectans monumenta  
Viator,

Hac celebrem versu cur monumenta meo?  
Sic habeas: quae tecta nigrâ conduntur in urnâ,

MOLLERI quondam hac ossa fuere pij.

Jure & consilijs qui cum celeberrimus esset,

Ac nosset celeri reddere iura manu:

Hunc primû AVGVSTVS SEPTENVIR  
iura Scabinum

Dictare his terris Saxoniciis voluit:

Postea suprema fit Consiliarius Aula:

Iudicio AVGVSTI hoc dignus honore fuit.

Fidus & hoc gessit munus sub PRINCIPLE,  
primus (habet.

Qui (scis) de CHRISTI nomine nomen

Eius in hoc tumulto cineres posuere beatos,

Nunc mens astra tenet, molliter ossa cubent.

Iacob Schultes I. V D. F.

A 2

Aliud





*Aliud Epicedium.*


**D**Elapsæ rutilum Titana receperat Helles  
Portitor, ostentans cornua summa polo;  
Gorgoneus volucrem quadrupes obtexerat alam,  
Primaq; pars sæui merfa Leonis erat;  
Non vltra arebat brumali terra sereno,  
Canæue vrebant horrida saxa niues:  
Frigore sed fracto spirabat mitior aura,  
Rursus & in ramo tecta parabat auis:  
Cum subitò fortuna nouo noua gaudia lessu  
Turbat, tristitiæ dans malè materiem.  
Vixit enim Antistes Iuris MOLLERVS, acerba  
Messuit hunc dirâ mors sicelice Virum.  
Secula dignus erat Cumanæ degere Vatis,  
Vti dignus erat nectare & ambrosiâ.  
Exitit ingenio promptus, linguaq; disertus,  
Consilio multùm clarus, & arte potens.  
Sæpius explicuit perplexa negotia, lites  
Sustulit & mirâ dexteritate graues.  
Nobilis hocce suo testatur Lipsia puncto:  
Hoc etiam Illustris Saxonis Aula probat.  
Si prece vel precio quoquam reparabilis esset,  
Omnes conferrent spontè suas operas.

Curæ



Curæ ast sollicitæ non polleat stamīna fusi  
Immutare rati: sic pia fata volunt.  
Ossa fouet tellus, mentem aurea regia cœli,  
Gaudet vbi aspectu, colloquioq; Dei.

*M. Benedictus Fritschius  
Lipsiensis, defuncti affinis.*



*ALIVD.*

**D**ignum laude virum tempus celebrabit in om-  
Musa, nec illius gloria morte perit. (ne  
Hoc est quod sanctos celebramus carmine manes  
MULLERI, rapida quem nece Parca tulit.  
Laudibus hunc meritis semper dignabitur Aula,  
Aula per Ensiferos nobilitata Duces:  
Hunc Astræa potens, geminiq; scientia Iuris  
Per Solis geminam vexit vbiq; domum.  
Gaude, si quid habes tua iam post funera sensus,  
Et cape Virtutis præmia certa Tuæ:  
Ingenio viuis, quamuis sint cætera mortis,  
Nil liuore Tibi lingua nocebit atrox.

*Sigismundus Deuerlin  
A. M.*

*QVERE*



Q V E R E L A,

*Quam ad sepulcrum*

Clarissimi consultissimiq; viri, Domini DANIELIS MOLLERI, Vtriusque juris Doctoris deplorat

T H E M I S:

cum EPITAPHIO eiusdem.

H E i m i b i ! s i c s u b i t o v e r t i h u m a n a o m n i a c a s u ,  
*A morte inexorabili!* (débar

Q u a D A N I E L E o l i m M O L L E R O l a t a v i -  
T H E M I S , b r e u i , n u n c f u n e r a ,

H a n c m i s e r o r s o r t e m ! T u , q u a n u n c i u r a v o l e n t i  
S A X O N I D I S o r a d a s , S O R O R ,

Q u a q ; S C A B I N O R V M s e r u a s s u b s e l l i a , q u a q ;  
A V L A M t u e r i s i n c l y t a m ,

T e s t i s e r i s ! L u g e t e b o n i , s o c i a t e q u e r e l a s .  
S i l u g e a n t b o n i , s a t e s t .

E t b o n a p o s t e r i t a s , M O L L E R I s c r i p t a r e v o l -  
(G e n i u m l i b r i p r a s a g i u n t ) ( u e n s ,

A g n o s c e t s t u d i u m ; s e d e s , h a u d - i n g r a t a l a b o r u m  
D i c e t q u i e t e m M a n i b u s .

C a u s s a f a u e n d i i s t i , v e l u t i l l i c u r a m e r e n d i  
F o r e t f u t u r a l a r g i o r :

P a r c a , m a n u p a r c a , n i P a r c a f i l a d e d i s s e n t !  
S e d , v i x i t i s s a t g l o r i a ,

Q u i



Qui vixit pietate Deo; reliquum utilitati  
Impendit, acer, publicæ.  
Nec fas optari est, quod non contingere detur:  
Decet modus cupidinem.  
Et benè: Multa viri & melior pars vivit: at illa  
Terrena terris permanent  
Dumtaxat: nec habet nullos Mors invida fines.  
Casum hoc leuo & solor meum!  
Terra quidem cineres, sed non famã obruet et as.  
Sic ô, decet, sic emori!  
Nunc ô honorati cineres, & amabile pectus  
Vestrum in cubile tendite,  
Et somnum capite, Et somno (stant fata) soluto,  
(Solatium hoc DE A DOCTA dat)  
Sanctæ animæ socianda iterum deïn surgite: quæ  
Beata pascitur DEI (iam  
Intuitu, subducta malis. Salvete, Valete):  
Terram precor vobis levem:  
Et tumulum facio, & tumulo breue denoto car-  
Quod, hîc obambulans, legat: (men:  
Hac Themidis jacet interpres MOLLERVS in urnâ:  
Vixit bono qui publico.  
Coelum animam, cineres capit urnula, gloria no-  
Busto superstes & rogo. (men,

Ioan. Libingus, Sibesius F.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.





Nr 407  
83

ULB Halle 3  
000 997 781




Sb.

*[Faint handwritten scribbles]*


VD 77











20


EPICEDIA,  
In obitum clarissimi consultif-  
simiq; viri, DOMINI

DANIELIS  
MOLLERI,

V. I. Doctoris, Scabini olim Lipsen-  
sis, & Consiliarij serenissimi Saxonæ  
Electoris, CHRISTIANI, in aula  
Dresdensi, &c.

ANNO M. DC. 14. Martij pie  
in Domino defuncti,

Scripta ab Amicis & Cognatis.



LIPSIÆ,

Michaël Lantzenberger excudebat.